id est coniunctionem filii cum matre quod coniungitur et
impia face · id est amore impio mater cum filio
et ista duo scelera infanda dicit se timere
propter quorum unum · id est ne interficeret patrem reces
sit de regno paterno et profugit penates su
os · id est recessit de domibus propriis Quid sint pe
nates Vide titulum de principatu cum pro regno in glo
eadem Et dicit se posuisse iura nature in tuto
id est vitasse scelus nullus deberet putare fieri
posse ipse tamen expauescit et omnia timet et de se
ipso non confidit Quid indicium come
te et quod pluvie providentur per signa et

Aristotiles ait cometius indicia sua esse
significare tempestatem · et ventorum in
temperanciam atque imbrium Quid grave non
indicans sidus esse quod futura denunciat Non
enim sic hoc tempestatis signum est quando futuro
pluvie sintillare oleum et putres concrescere
fungos Aut quando indicium est serena maris
si marine in sicco ludunt fulice notasque pa
ludes desert atque altam supervolat ardea
nubem libro vi · de naturalibus questionibus Signa
ire metus et audacie Vide titulum de bestia cum non
vides Item signa animi noscit in corpore
Require titulum de nobilitate capitulo ornate glo
Aristotiles ait/ Cometa id est scelera que appet
candida significant vehemenciam ventorum
et pluviarum · ex qua sententia aristotiles concludit quod sig
nificat vehemenciam ventorum et pluviarum
ex qua sententia aristotiles concludit quod significat per modum

cause efficientis · quia stella habet influen
ciam et causalitatem super ista inferiora
et dicit alibi cometa significat ventos et
tempestates · quod quedam signa posita a virgilio
primo libro georgicorum ostendunt futuram plu
viam non per modum cause efficientis · sed sicut
cause et effectus Ut quando oleum lucerne sin
tillat illa in sintillacio procedit ex aere hu
mido que humerat licinium ubi est ignis
ex eadem causa fungi putrides consurgunt
putrides fungos appellat licinios et bum
bacis ubi accenditur ignis qui propter humidi
tatem aeris ingrossant et inde fit putres
cere · et tunc est signum future pluvie · et fu
tura ludunat in sicco id est in pulueribus · et
causa est propter humiditatem · quam senciunt pennarum
et propter eandem causam recedunt de palludibus
ubi consueverunt habitare Et quedam avis que vo
catur ardea instante pluvia volat super
nubem · quia recedat de isto aere humido
Et sic ista signa posita a virgilio significant
pluvias futuras sicut effectus humiditatis pre
cedit in aere futuram pluviam cometa autem
significat per modum cause efficientis

Indoles

Quod indoles precedit virtutem et quod iuvenes sequentes voluptatem non potest pervenire ad virtutem nisi desiderat voluptates

Quisquis ad virtutem accessit de senecam
dit generose indolis spem qui vo
luptatem sequitur videtur enervis factus
vir perventurus in turpia nisi aliquis
distinxit alias distraxerit illi voluptates li
de beata vita Quisquis ad virtutem/ Ista glo
est regula generalis quod primo precedit indoles
future virtutis · antequam homo accedat ad virtu
tem que regula fallit multis ut refert
valerius titulum de mutacione morum et fortune
nam in mollio torquato non precedit indoles
sue virtutis · sed ebes · et obtusi cordis fuit
adolescencia Scipio enim affricanus solua
oris inter primos adolescencie annos fregit
egit · et postmodum virtus eius per omnes annos
patefacta sunt · et de pluribus aliis similia ref
fert · Quid autem sit indoles Vide titulum de sente
ciare et cum possumus in glo · contulit se glo

Nisi aliquis distraxerit/ Quoniam sunt prompti ad
voluptates perveniunt ad turpia · et in vo
luptates turpes et inhonestas nisi aliquis
distraxerit alias distinxit Et hoc quod sibi ostende
runt aliquas voluptates esse licitas · et hone
stas · et aliquas turpes · et illicitas sic ostendit
aristotiles x · ethicorum · alia licita habet distraxit id est iu
venes perveniunt in turpia nisi subtrahantur
a voluptatibus · nam in fine ii · ethicorum · inter ali
as regulas perveniendi ad virtutem est subtrahe
se ab omni delectacione · et dicit ibidem
quod debemus sentire de delectacione quam sen
serunt antiqui romani alias troyani de he
lena · et quod erat obicienda De nobili dono
eschinis · et de eius indole et de bono viso
socratis senecam

Socrati cum multa discipuli pro suis quisque facultatibus offerrent eschines pauper auditor nichil inquit dignum te quod dare tibi possim invenio. et hoc uno modo pauperem me esse sentio Itaque dono tibi quod unum habeo me ipsum Hoc munus rogo qualecumque est boni consulas cogitesque alios cum multa tibi darent plus sibi reliquisse Cui socrates Quid michi tu inquit magnum michi munus dedisti nisi forte te parvo extimas habebo itaque cure ut te tibi meliorem reddam quam accepi Vicit eschines hoc munere alchibiadis. parem divitiis animum et omnem opulentorum iuvenum munificentiam Vides quomodo animus inveniat liberalitatis materiam etiam inter angustias videtur michi dixisse Nichil egisti fortuna quod me pauperem esse voluisti Expediam nichilominus dignum hunc viro munus. et quia de tuo non possum de meo dabo Ne enim est ut existimes illum vilem sibi fuisse si pretium sui se fecit Ingeniosus adolescens invenit quemadmodum socratem sibi daret li. i. de beneficiis. Hoc interest utrum quis fervidi sit ingenii aut frigidi aut humilis generoso repulsa iram exprimet languido inertique tristiciam libro tercio de ira seneca glo

Socrati cum multa discipuli socratis dona secundum facultatem suam donatam obtulerunt dona socrati magistro suo eschines autem erat pauper et non habebat quod possit donare dignum munus suo magistro et ideo donavit seipsum magistro suo. alii plus sibi retinuerunt quam sibi donaverunt ego autem non habens munus dignum tanto magistro doleo et cognosco me esse pauperem sed dono me ipsum tibi cuius donationem commendat seneca dicens quod ingeniosus adolescens subtiliter in isto dono invenit modum et viam quomodo socratem donaret sibimet Et hoc in socratem reddidit sollicitam curam et erudicionem et profectum suum Unde ipse socrates grataniter recepit munus dicens se adhibiturum diligenciam ut illud munus melioraret melius quam accepisset eschinem redderet quia ipsum erudivit homo enim eruditus est melior quam rudis Socrates recepit eschinem eruditum et doctum

Hoc munere alchibiadem Alchibiades glo ut refert valerius li. de mutacione morum et fortune fuit pulcherrimus corpore et fuit ingeniosus et fuit valde nobilis et ditissimus et liberalissimus et donavit magnifice socrati magistro suo sed munera eius et aliorum eschines superando se ipsum cum tamen alchibiades esset ditissimus et habet animum parem suis diviciis id est liberalissimum nichil egisti fortuna Fortuna voluit impedire eschinem a dono faciendo eum pauperem sed ipse eschines non potens donare de rebus fortune socrati donavit se Hoc interest et cetera generoso repulsa glo iram. quando homo habet spiritum generosum et altum et patitur repulsam ab honoribus quos petiit attendit iram Ille autem qui est frigide condicionis et pusillanimis quando patitur talem repulsam non attendit iram sed premitur tristicia et sic secundum diversitatem ingeniorum et condicionem de eadem re fiunt diversi affectus et valet motus animorum Quando pollio pendit indolem marcelli et iudicavit esse futurum in successorem eloquencie sue et quod eius filius successisset in magnitudine

Marcellus quamvis pro patris ei nocuisset erat tam tante indolis erat ut pollio ad illum pertinere successionem eloquencie crederet cum filium asinium gallum relinqueret magnum oratorem non illum quod semper evenit magnitudo patris non producet sed obrueret ex prologo li. iiii. declamacionum Que indoles bona destruitur timore et ideo non debent frequenter pariti puerum nec equi nec canes Vide ut de simili. cum equum Item quod inicia sunt aliquorum indoles future virtutis Vide ut de nobilitate cum ut sciat Item de indole filii hectoris Vide ut cum orati

Marcellus et cetera tante indolis In marcello glo puero apparebat signa probitatis fortune et eloquencie et ideo assinius pollio excellens orator dicebat marcellum esse debere successorem eloquencie sue. cum tamen haberet filium asinium gallum quem debuisset relinquere successorem sue eloquencie sicut aliarum rerum. quia filius fuit obrutus amaritudine patris Vult dicere quod quando filii habent excellentes patres non possunt habere tamen tam sufficienciam quod iudicant minores suis patribus et ideo nocet eis splendor et eminencia patris. asinius autem pater fuit excellentis condicionis et quod dicat hic de indole marcelli est ad magnam gloriam ipsius. quid sint indoles Vide ut de sentenciare cum possimus in glo contenditur

Indulgere

Quando sit indulgendum honestis affectibus quem ducit per affectuosam et piam persuasionem pauline qua non consona sua intencione in

In nomentanum meum fugi dicebat seneca Quid putas urbem ymo febrem Et quidem subrepentem iam manum michi iniecerat protinus Itaque parari vehiculum iussi paulina mea retinente medicus inicia esse dicebat motis venis et incertis et naturalem turbantibus modum exire perseveravi Illud michi in ore erat domini mei galionis qui cum in acaya febrem habere cepisset protinus navem ascendit clamitans non corporis esse sed loci morbum Hoc ego pauline mee dixi que michi valitudinem meam commendat Nam cum sciam spiritum illius in meo verti incipio ut illi consulam michi consulere Et cum me fortiorem senectus ad multa reddiderit hoc beneficium etatis amitto Venit enim michi in mentem in hoc sene et adolescentem esse cui parcitur Itaque quoniam ego ab illa non impetro ut me forcius amet impetrat illa ut me diligencius amem Indulgendum est enim honestis affectibus et interdum etiam si premunt cause spiritus in honorem suorum vel cum tormento re

uocandus et in ipso ore retinendus est Cum uiro
bono uiuendum sit non quamdiu iuuat sed quamdiu
oportet Illum qui non uxorem non amicum
tanti putant ut diucius in uita commoretur
qui perseuerabit mori delicatus est. Hoc quoque
imperet sibi animus ubi utilitas suorum exi-
git nec tantum sed si cepit intermictat et suis se
comodum Ingentis animi est aliena causa ad
uitam reuerti quod magni viri sepe fecerunt et
Sed hoc quoque summe humanitatis existimo
senectutem suam cuius maximus fructus est secu-
rior sui tutela et uite usus animosior atten-
cius si scias aliquid tuorum esse dulce utile et
optabile Habet preterea in se non mediocre ista
res gaudium et mercedem Quid enim iocun-
dius quam uxori tam carum esse ut propter hoc tibi
carior fias Potest itaque paulina mea non
tantum in suum timorem imputare sed etiam meum
Queris ergo quomodo in consilium profectionis ces-
serit Ut primum grauitatem urbis excessi et
illum odorem olinarum fumancium que mote quicquid
pestiferi uaporis obruerunt cum puluere effun-
dunt protinus mutatam ualitudinem sensi et
Quantum deinde aditum putas uiribus postquam
uineas attigi In pastum emissus cibum me-
um euasi Repetiui ergo iam me Non permansit
sit marcor ille corporis dubius et male cogitan-
tis libro vicesimo epistola ciij. Sequitur glo
In momentanum meum. Momentanum est lo-
cus iuxta romam quem seneca possidebat. ad quem
momentanum seneca uolens ire iussit sibi pa-
rari uehiculum a uehendo dictum id est currum uel
lectica sentiebat se inuadi a febre et causam
febrium reputabat esse stare in roma et hoc est quod
dicit quis putas urbem ymo febrem uult di-
cere quod habitacio urbis erat sibi causa febrium medi-
ci autem dicebant senecam non febricitare sed di-
cebat quod iam erat mote propter ualetudinem motus paulina
autem uxor eius conabatur eum retinere rome
sed seneca dicebat quod roma erat sibi cum febris et
refferebat uxori sue quod gallio profectus achaye
dum febricitaret ascendit nauem et recessit
dicendo quod uicium erat loci sua febre et sic sa-
natus est Unde contra uoluntatem uxoris seneca re-
cessit de roma et statim quando fuit extra romam
minus sensit se melioratum quia exiuerat
romam ubi erant infinite coquine et fumus
infinitorum ciborum et fumus illi habent pestifferum
uaporem qui miscetur puluibus et inficit
aerem et propter hoc statim quando recessit de malo ae-
re et uenit ad bonum et incepit famescere et
quando uenisset ad pascua sua incepit concedere
Commendat paulina uxor in recessu senece glo
de roma commendauit sanitatem suam id est quod curam
haberet de sanitate seneca autem dicebat quod ipsa scie-
bat spiritus et uita ipsius uxoris erat in spiritu et
uita senece et sanitas eius erat in sanitate
senece sicut dicit augustinus in libro confessionum loquens de a-
mico suo quod sentiebat unam animam esse in duabus co-
rporibus Et hoc ipsum sentit seneca quod anima uxoris
sit in spiritu suo et ideo nolendo consulem sanitati
uxoris habuit curam de se ipso et de sanitate sua
Cum me fortiorem Seneca cognoscebat glo
quod sua senectus eum fortem ad quedam opera
uirtuosa et ipse de hoc gaudebat quod inueniebat
ebat se fortem quia considerabat quod in se homine
ferre erat spiritus et uita adolescentis id est
pauline uxoris sue Et ideo parcendo sibi a labo-
ribus superfluis parcebat simul pauline et
quia seneca impetrauerat ab uxore ut se for-
titer amaret ipsa uxor impetrauit a seneca
ut ipse ipsius se ipsum diligencius amet et
dicit quod homo debet descendere et comp-
lacere honestis precibus et honestis amori-
bus Et ideo ad preces amicorum debet homo
se ipsum retinere in uita eciam si uita sit sibi
tormentum et satisfaciat amicis eciam si
deberet retinere uitam in solo ore quia homo
non debet uiuere cum amico solum ad delectacionem
sed ad subueniendum amico Et hoc est quod
dicit cum viro bono viuendum sit non quamdiu
iuuat sed quamdiu oportet id est quamdiu est sibi necesse
et detestatur illum qui propter uxorem et propter
amicum non uult prorogare uitam supple qui
est in doloribus Et talem dicit esse delicatum quia
non uult propter quoscumque in doloribus diu viuere
Sed bonus homo et virtuosus eciam si incipiat
mori reuocabit se ad vitam si uiderit ex-
pedire utilitati amicorum suorum Et dicit quod
hoc pertinet ad magnanimitatem et quod magni
viri hoc fecerunt Sed hoc quoque Existglo
imat seneca pertinere ad humanitatem et be-
nignitatem tractare diligencius et atten-
cius senectutem suam ubi eam uidet esse de-
sideratam et delectabilem suis scilicet ami-
cis consanguineis et uxori Et dicit ad senec-
tutem pertinere usum animosum scilicet ipsius
ipsius senectutis et tutela secura scilicet qui se-
nex habet curam de sua senectute conseruan-
da non propter se sed propter suos quibus cognoscit in-
tam suam esse tutam et desideratam Et de hoc
senex ipse percipit magnum gaudium quia
videt carum se esse uxori et suis consanguineis
et amicis et ex ipsa consideracione ipse seneca
et quilibet similis est sibi met magis carus
Potest itaque paulina Dicit quod uxor glo
sua non timebat de seneca solum propter se ipsam
sed propter se ipsum et senecam quem maxime diligebat

Infans uel infancia

De spacio ab
infancia ad senectutem et quomodo alia o-
rigo et rerum exitus nos expectat Seneca

Quemadmodum ix mensibus tenet
nos maternus uterus et preparat non
sibi sed illi loco in quem uidemur
emicti et iam ydonei spiritum trahere et in a-
perto durare sic per spacium quod ab infancia
patet in senectutem in alium nature eximus partum
Alia origo nos expectat aliorum rerum status
Nondum celum nisi ex interuallo pati possumus
Proinde intrepidus horam illam decre-
toriam prospice non est animo suprema sed

corpori Quicquid circa te iacet rerum tu
q̄ hospitalis loci sarcinas specta transeu
dum est Excutit redeuntez natura sicut
intrantez Non licz plus efferre q̄ intu
leris ymo etiā ex eo qd ad uitaz attulis
ti pars magna ponenda ē Detrahetur
tibi hec circūiectura Nouissimū uelamē
tuz tui cutis detrahetur caro et suffusus
sangis discurrensq3 p totuz Detrahentur
ossa neruiq3 firmamenta fluidorum ac
labencuz Dies iste quē tamq̄ extrem
um reformidas eterni natalis ē Depone
onus quid cunctaris tamq̄ nō prius q3
relicto in quo latebas corpore exieris
heres reluctantis Tu quoq3 magno ni
misus expulsus es Gemis ploras et hoc
ipm flere nascentis est Sed tunc debeat
ignosci rudis et impitus omiz uenias ex
matrum uisceruz calido mollique fome
to emissuz afflauit aura liberior Deinde
offendit durem manus tactus Generq3
adhuc et nullius rarus obstupuisti Int
ignota nunc tibi nō ē nouū separi ab
eo cuius ante pars fuit Equo animo mē
bra iam supuacua dimicti et istud cor
pus inhita tamdiu pone Scindē obruet
abolebitur Quid contristaris Ita solet
fieri pereunt sepe uelamenta nascen
cium Quid ista sic diligis q̄i tua Istis
opertus es ueniet qui te reuelat dies
et ex contubernio fedi atq3 olei uentris e
ducat Hinc nunc quoq3 tu q̄ntuz potes
sub uoluptatis qui niq3 necessariis co
herebit alienus iam hinc altius aliquid
sublimiusq3 meditare aliquō nature tibi
archana retegentur Discucietur ista caligo
et lux undiq3 clara percucet Ymaginare
tecū quantus iste sit fulgor tot sideribus
inter se lucem miscentibus Nulla serena
umbra turbabit Equalit splendebit omne
celi latus dies et nox aeris infirmi inter
sunt Tunc in tenebris uixisse te dices
cū totam lucem et totus aspexis quaz
nunc p angustissimas oculorum uias obscu
re intuheris et tū admiraris illam iam
procul Quid tibi uidebitur diuina lux cū
illo suo loco uideris Hec cogitacio nichil sor
didum animo subsidere sinit Nichil hu
mile nichil crudele Deos rerum omiz esse
testes ait illis nos approbare illis in futuz
parari iubet et eternitatez pponē Quam
qui mente concepit nullos horret exercitus
nō terretur tuba nullis ad timorez mini
is agitur Quomodo nō timeat qui mori
sperat Ex quoq3 qui animuz tam diu in
dicat manere q̄ diu retinetur corporis vin
culo solutuz statim spargit id agit ut etiā
post mortē utilis eē possit Quis enim ipe
ereptus sit oculis tū uirtus uiri iutus
cū multiq3 recursat gentis honor Co
gita q̄ntuz nobis exempla bona psint

scies magnorum uirorum nō magis presenciaz eē
utilem q̄ memoriam Valerius li xix epla
ci· Quomodo infans cū temptare uires suas cepit
ut ambulet· et si cadat tū tociens resur
git donec se p dolorem ad id qd natura po
sset excant R· tā· de arte· cā· ij· Itē quō i
fans nō magis boni capax ē q̄ arbora
uimtuz aliquod aīal· quia in infante racio id
est rōnis usus nō est R· tā· de bono cā xvij
Item infans tunc ad bonū cū ad rōnez p
uenerit eo· tā· et cā· Item q bonū adeo infan
cia nō recipiat eo· tā· et cā· Itē qualiter ab i
fancia in senectutez simus in aliuz infancie
ptum alia origo nos expectat alius rerum
status R· tā· de infancia cā· i· Itē infancia
annis deinde puerciaz deinde adolescen
ciaz usq3 ad extremū q̄ q̄ transit tempus pit
Require tractatuz de morte caplo· iij glo
Quemadmoduz ix mensibus Vult dicē q infans
in utero materno nutrit nō ad uterum
s3 ad mūduz in quo debet ydoneuz spm et
vitaz hūanam deducere Ita homo qui i
isto mūdo viuit ab infancia usq3 ad senec
tutem nō nutritur ad istuz mūduz in quo
debet ppetuo manere· qui hic decessent ubi
est alia origo· et alius status rerum· nam in
isto mūdo nō possumus continere intuhere et
respicē celuz· s3 ex interuallo· i· possumus eū
respicē interpellatim vz quia nō possumus
continuare aspectuz celi· et hoc ē qd dicit
nondū celuz nisi ex intuallo pati possimus
supple q continue ibi celum respiciamus glo
Proinde intrepidus Vult dicē q sicut ti
more expectet mortez suam quā hic ap
pellat horam decretoriam· quia videlz
cuilibz ē hora decreta mortis et defini
ta et pvidenciacia dei· et assignat causaz
quare nō dz timere· quia hora illa q̄ime
sit ultimā corpi· quia vz punit corpus
tū nō ē ultimā aīe· quia animus felicius viuit
sine corpore· et post corpus sequit glo
Quid circa te Vult q luallis contempnat
omes diuicias· quas hic appellat sarcina
hospicij· s· lecto et mensa et aliis uten
silibus· s3 qui recedit nō pmittit eū aliqd
portare· consilit accidit nobis q possimus
uti diuicijs q̄ndiu simus in hospicio huius
mūdi· s3 quō hinc discedimus nō pmic
timur aliquid portare Et dicit qd sicut nichil
portamus in hunc mūduz· qui nati sumus t
ita nichil possumus deportare qui morimur
Excutit redeuntez natura Dicit q natura glo
ē sicut portarius qui nō pmictit exeunt
de hospicio aliquid portare de rebus hos
picij vz quia morient qui de beneficio
huius mūdi exeunt nō pmictit aliquid
portare de beneficijs huius mūdi et dicit
q excutit sicut portarius· vz q̄rit et inues
tigat qd nichil portet· et dicit q natura
facit plusq̄ portarius solū excutit exeuntes
s3 nō intrantes· s3 natura eē excutit intrantes

vz quia nascentes nō pmictit aliquid in
tra ferre in huc mundū Et ꝓ hoc dicit
morientibꝰ vos in huc mundū nichil
portastis quō venistis Et dicit senē q nec
minꝰ portabimꝰ q̄ attulimꝰ. nam por
tamimꝰ in huc mundū cutem quā hic
appellat velamentū vz quia cutis totū
hoīem ꝯtinet. et illam cutē hic oz nos de
ponē et nō portabimꝰ eam nobiscum ad a
liū mundū. nec eē portabimꝰ neruos et
sanguinem. quam dicit eē effusam. et dis
currentē ꝑ totum .s. corpꝰ nec porta
bimꝰ nobiscum ossa q̄ dicit eē firmamentū
fluidorū .i. carnium qui fundātū sup ossa
Dies iste| vult dicē q nō debemꝰ glo
timere diem mortis tamq̄ extremū et
ultimū vite. quia dies illa ē p̄ma etērn
natalis .i. ꝑpetue vite quia tūc aīa va
dit ad vitā ꝑpetuam Depone omnes glo
dicit q nō debemꝰ cunctari .i. dubita
re deponē onus .s. corpꝰ q deponitur
in morte. qn̄ aīa inde exit. nam qn̄ na
ti sumꝰ deseruimꝰ corpꝰ matris ubi
fuimꝰ educati. et sic nūc qn̄ debemus
deserere corpus ubi hītamꝰ. ita nō debz
nobis videri nouū et insolitū sequit glo
Latebras corpe|s| .s. mater unde exiuimus
ad vitā p̄ntem. ita quō vadimꝰ ad vi
tam futuram. oz aīaz exire de corpe ubi
nūc hītat Heres reluctantis| reprehē glo
dit illos qui nolunt mori s; reluctantur
.s. morti et nolunt hrē corpi suo et dicit
q tales sūt sicut infantes in uteris mat
rum q̄ nolunt inde exire .s; oz q mater
cū magno conatu eiciat eos qn̄ ꝑturit
Ita etiā eiciunt de corpore cū magno
conatu corpore eis ꝯdicente. s; dicit
eis q infantes sūt excusati. quia nichil
cognoscunt. sed isti non excusantur. et glo
Gemis ploras| Inter alia que retrahunt
hoīem a mortis voluntate ē turpitudo
morientiū. quia plorant qn̄ moriuntur
Et dicit q nō oz hic retrahere. quia istud
ē signū q nascuntur ad aliam .s. vitā
sicut puer qui exit uterū maternū plo
rat. et tn̄ tūc nascitur in meliori aīa qn̄
erat in utero erat ibi clausus. Et qn̄ nas
citur venit aerem liberum et appertum
Vult dicē q hoīes qn̄ hunc mundo mori
untur alteri mundo nascunt ubi ē vita li
berior clarior et melior Sequitur glo
Equo animo| Ex omnibus sup̄scriptis rōnibꝰ
ꝯcludit q homo oz placide et animo equo
exire de vita p̄nti et relinquere corpus
et mēbra q̄ amplius nō sūt nccīa. sic puer
relinquit secundias pellē .s. ubi nascitur
involutus. quia ista pellis nō ē sibi nec
essaria Et si tu dicas q corpus tuū lace
rabitur. et destruetur Ridet senē q de h̄
nō debes curare. quia ista res ē ꝯsueta q
corpā destruantur Et dicit q nō debemꝰ
tm̄ diligē corpus. quia corpus nō est
res mā nec ps mā. s; ē quoddaz coopt^m
in quo aīa coopit. et velatur sic infans
in utero matris. et sicut ille ꝑ natiuitatē
educitur de ventre fetido. ita nos ꝑ mor
tem q̄ ē natalis vite etne educemur. et
exibimꝰ de ꝯtubernio. et hītacione istiꝰ
corpis corruptibilis Hinc michi illo glo
quitur lucilliū .s. ei q corpi suo ipē se
subtrahat qn̄tū pot et nō coherat i
corpi nisi qn̄tū nc̄itas requirit. s; vult
q ipē sit a corpe suo alienꝰ et alciora et
sublimiora meditet .s. archana nature
et statū altiꝰ vite. qui statꝰ. et que i
archana reuelabunt ei aliqn̄ .s. post i
mortem. et tūc caligo et obscuritas et
ignorancia discucietur ab animo suo et
lux clara undiq; animū eiꝰ illustrabit glo
Ymaginare tecū Vult q luciliꝰ cogitet
statū animarū existenciū in celo ubi
ē claritas magna resultans ex omnibꝰ
luminaribꝰ celestibꝰ q̄ luminaria sūt
magna et sunt splendidissima et non
ē ibi aliqua caligo nec interpellacio a
liqua nec aliqua umbra que illā sere
nitatem impediat vl̄ remittat. s; in
mundo isto lux multipl'r impeditur. et sūt
vicissitudines lumīs et tenebrarū et dierū
et noctiū Et ulteriꝰ dicit eidem q ante i
erit ꝑ mortem dimissus a corpe. et erit in
celo tunc videbit sibi q in mundo isto vi
xerit in tenebris et assignat duas cās
quare videatur sibi vixisse in tenebris vz
quia hic intuentur lucem solū ꝑ oculo
rum vias que nc̄ sūt arte et stricte. ibi aūt
anime vident illam lucem cū tota na
sua Et hoc ē qd̄ dicit totam lucem et
totam asperexeris Sc̄a rō ē q illa lumina
ria hic multū distant .s; ibi sūt ꝑpinqua
et anime btōrū vident luminaria ubi
sūt. et dicit q ipē luciliꝰ ps mortē nō
respicit. ꝑ cul. s; videbit eam in loco suo
et tunc illa admirabitur sequit glo
Hec ē cogitacio| Vult dicē q cogita
cio de felicitate et etnitate animarū
nō pmictit in animo cogitantis stare
residenciā facē sordes viciorū nec crude
litatem nec aliquid humile. humile vo
cat cogitaciones p̄ui ponderis et de rebꝰ
.s. p̄uis et caducis Et dicit q sup̄scripta
cogitacio asserit affirmat q deus ē testis
omīū. quia nulla cogitacio latet eum i
et debemꝰ facē conatum ꝓbandi nos
in ꝯspectu eius. et sup̄scripta cogitacio ꝓ
ponit etnitatem aīe. quia etnitatem qui
animo ꝯcipit nō horret mortem nec alia q̄
p̄nt mortē causare vz exercitus paratus
ad pugnam. nec tuba que in bello per
strepit. et omēs minas mortis ꝯtempnit
et racionem assignat. quia sperat mortē
Vult dicē q talis nō timet illa que p̄nt

efficē morte · quia mortē sperat · spes n
nō ē n̄ de bono ipē antē mortē existāt
bonū · quia p eam ē transitus ad felicitatē
et eternitatem Sed quoqz dicit q̄ glo
illi qui credunt animā eē mortalē et
nō manē nisi q̄ndiu ē in uinculo corpis
et post corpus credūt illā spargi et defi
cē incholomis ꝯsiderant et conant facē
opa que sint utilia postis p̄ mortē ipōꝝ
Quamuis n̄ ipē dicit q̄ ille qui bn̄ glo
opando relinquit nobis bona eꝛ̄ et uirtu
osa ꝙuis sit mortuus · tn̄ eius uirtus et ho
nor gentis sue uirtutē ꝓdest et ita ꝯclu
dit bonoꝝ uiroꝝ nō solū p̄ntiā sꝫ etiā
memoriā eē utilē · ꝯ ꝑ bona opa q̄ fecerit
Multa viri uirtus Ista u̇ba scripta st glo
in ·iiij̊· eneydos ubi oꝝ scire q̄ q̄ regina car
tagenensiū nōie dido erat in amore enee
et dum nō uidebat eneam occurrebat ·
aīō suo sup hoc cogitanti uirtus enee ·
multa et magna occurrebat ei honor
gentis troyane vꝫ quia eneas erat de ge
nere regali regum troye Ex quibus u̇bis
arguit seneca q̄ absentes cuius erat eneas
imp̄mit in animo cogitancium et memo
rancium uirtutem et probitatem suam ·

Infernus Quō affirion petit ath
eseo ueniente de inferno
ꝯdiciones · et situ inferni · et utrū ibidē
sit terra pro blado · et an sit ubi uinere
et de iudicibus inferni et de pena dam
pnatoꝝ et theseus ad singula r̄ndet

Pervince thesen q̄ q̄ alto p̄tore re
pnanz pauoris ueneite fructu op
timo · fraunda laboꝝ · et q̄ durū fuit
pati ꝯmeminisse dulce ē effare casus
horridos Theseus Ingens narago fau
cibus uastis patet Nec ceca tenebris
incipit p̄mo et infra Hinc ampla ua
cuis spacia nexatim locus Inq̄ omne m̄
sꝫ pergat hūanū genus Nec ire labo
rem ipā deducit uia et infra · Placido
quieta labitur leteus uado Demictit
curas uinere meandi amplius pateat
facultas flexibus multis grauem In
uoluit amen qualis incerta uagus
Leander unda ludit et cedit sibi Estne
aliqua tellus cereris aut bachi tenax
Theseus Non prata uiridi leta facie
germinant et infra Non atra uiiido ·
cuncta merore horrida Ipāqz morte
peior ē mortis Vera ne ne ē fama i
ferus Affirion Tam sera reddi iura et o
blitos sui ꝯ celeris nocentes debitas
penas dare Quis iste ū rector atqz
equi arbiter Non vnus alta sede q̄sitor
sedens Theseus Iudicia trepidis sera
sortitur reis auditur illo gosius nimos
foro Radamantus illo tetidis hic audit
socer Qꝫ quisqz fecit patitur auctorē
scelus repetit suoqz premitur exemplo

nocens Vidi cruentos carcere includi du
ces Et impotentis terga plebeya manu ·
ꝯscindi tyranni Quisquis ē placide po
tens Dn̄sqz uite et seruat innocuas ma
nus Et incruentū mitis imperiū regit
Animoqz parcit longa p̄mensus diu · felicis
eius spacia ul̄ celū petit vel leta felix ne
moris elisij loca Iudex futurus sangue
hūano abstine quicūqz regnas scelera ·
taxantur modo maiore nr̄a Anfirion Certe
ros inclusos tenet locus nocentes utqꝫ
fer fama impios supplicia uinculis seua
ꝑpetua donāt Rapitur uolucri tortus yxion
rota Ceruice saxū grande si siphea sedet
In amnis medio faucibus sitis senex ꝯseta
tur undas abluit mentū later fidemqꝫ
tamen iam sepe decepto dedit Petit un
da more poma destituunt famē Prebet
uolucri tytius eternas dapes Vrnasqꝫ fr
ustraqꝫ dampnaydes plenas ferunt err
ant furentes impie cadineydes Terretqꝫ
mensas auida fineas auis ·i· tragedia glo
Pervince thesen alloquitur anfirion thesenū
reuertentē de inferno et dicit q̄ ipē uincat
oīs timores quos ibi ꝯcepit · et referat ꝯ
horribilia que ibidem uidit Et dicit hec nō
dꝫ eē sibi graue ad referendū et ad rememo
randū · quia talis relacio ē q̄ fructus
laboris collecti Eodem mō eneas ·i· eney
dos ꝯsolatur socios sup laboribus · et periculis
dicens eisdem · forsan hoc olim in futuro
meminisse iuuabit · est eīn delectabile ma
la p̄dicta euasisse seu p̄terita Et ultimo ro
gat eum q̄ ipē refferat sibi horridos casus
Ingens narago Theseus ꝯdescendit glo
petenti et p̄mo ei narrat descensū ad i
fernū qualis est vꝫ vna magna norago
ubi sūt fauces late intrū q̄ oms ꝑ̇ p̄nt
inde descendere · et vnus nō impedit aliū
Et dicit q̄ p̄ma uia nō ē totalit̄ supple · sꝫ
aliqualit̄ ꝓcedendo p̄uiam sūt ibi ampla
spacia in locis uacuis · et ē ibi tanta am
plitudo q̄ sufficit ad capiendū · et ad ibi
dem demergendū totū hūanū genus
Et dicit q̄ descendere ad infernū nulla ē
difficultas · quia uia ipā facilit̄ deducit ·
supple quia it̄ descendendo · idem dicit sibi
enee uolenti descendē ad infernū sic fa
cilis descensus auerni noctes · et dies patet
ater Ianua ditis · dic q̄ de die et nocte stat
apta porta ditis ·i· plutonis dei inferna
lis q̄ dicit atrū ·i· nigrum et obscurum
Placido quieta · dicit q̄ ibi ē flumē glo
nōie letes qui uadit et ꝓcedit quiete et
placido uado · quia nō hꝫ aquas ꝓfundas
et iste flumus demit curas · et sollicitudi
nes quia inducit obliuionē animabus de
omnibus que egerunt · et iste flumus varios
circuitus et ē totus flexuosus et ē grauis a
fetidus quas ꝯdiciones hꝫ ad impediendū
facultatē remeandi et de inferno exeundi

Leander assimilat fluuium infernalem glo
leandro qui e fluuius grecie nagus et inter
arentibus flexuosus et inuolutus et sibimet
fluendo cedit **Est ne hic** anfrion querit glo
a theseo utrum sit in inferno aliqua regio
fertilis bladis et utrum sint ibi uinee et hoc e
quod dicit tellus ceres cereris i e dea fru
gum hic aut accipit pro ipsis frugibus et bla
dis et post subiungit aut bachi tenax bachus
e deus vini hic aut accipit pro ipso vino et
Vult dicere utrum sit ibi terra pro vino i utrum sit
ibi vinee **Non prata viridi** hic rndet glo
theseus quod in inferno non sunt prata que ger
minant herbam viridem et letum et multo
minus sunt ibi vinee et campi fructuosi sed
dic quod e ibi perpetua nox obscura et horrida
et quod locus ille qui e locus mortis et mor
tuorum est peior quam ipsa mors sequitur glo
Vera Querit anfrion utrum sit illa vera fa
ma que narrat quod mortuis redduntur tar
da iura sed quia fama narrat quod illi scele
rati obliuiscuntur suorum scelerum et sic non
dant penas sibi depositas qui ignorant se eo
misisse et petit quis e iudex inferni et quod
sit rector veri et arbiter equitatis glo
Non unus alta sede hic rndet theseus
quod in inferno non e unus solus iudex qui se
deat in alta sede et quod querat cuncta sed sunt
tres qui iudicia tarda i sera reddunt eis
et trepidis i dampnatis quorum iudicia dicuntur
esse tarda quia meruerunt eorum delicta citius
puniri Et dicit quod in inferno e unum forum ubi
audit minos gnosius i cretensis nam minos
fuit rex cretensis et fuit iudex constitutus in
inferno Secundus iudex e radamancus de quo
virgilius meminit vi eneydos et assignat ei
iurisdictionem super fures Tercius iudex e
socer thetidis thetis e dea aquarum quam ple
beus cognouit et genuit ex ea achilem sicut re
fert stacius in achileydos eacus aut fuit pater
peleus et sic fuit socer thetidis sequitur glo
Quod quisque hic ulterius theseus narrat con
statum dampnatorum dicens quod quilibet eorum re
cipit illa que fecit i penas pro culpis suis
Et dicit quod scelera repetunt auctores suos sed
quantum ad punitionem et mala exempla quod hic commi
serunt ibi puniunt auctores suos eos cruciando
Et narrat quod ibidem vidit potentes incarcerare
duces et duos cruentos et crudeles qui de
lectati fuerunt effundere alienum sanguinem
Et vidit tergum potencium tyrannorum scindi
et uerberari a manu plebei hominis Vult dicere
quod illi qui fuerunt lesi in hoc mundo isto ibi
vindicant se de ledentibus sequitur glo
Quisquis e placide Refert de dominis qui
potenciam suam placide exercuerunt et be
nigne et suauerunt manus suas ab omni lesi
one et rexerunt imperium suum incruentum
i sine effusione sanguinis quamdiu vixerunt
dicit quod tales vadunt ad celum Et hec opinio tu
lii vi de re pu ubi dicit quod rectores ciuita

tatum de celo proficiscuntur et in celum reu
tuntur alia opinio e virgilii vi eneydos quod
anime bonorum habitant in campis elisiis ubi in
troducit anchisem patrem loquentem enee
filio sic inuictum elisium et pauci leta arua
tenemus Et ibidem dicit sic de venere locos
letos et amena vireta fortunatorum nem
orum sedesque Vnde dicuntur aut campi elisei ab
e quod e extra quia sunt extra lesionem et extra om
nem passionem **Iudex** post penas tyran glo
norum uisas in inferno theseus persuadet
dominis et iudicibus quod abstineant ab huma
no sanguine non effundendo illum iniuste et
dicit quod in inferno taxantur scelera non
maiore supplicio quam taxentur isto mundo sed
quia peccata maiori pena puniuntur
in hoc mundo alias inferno quod in mundo glo
Certos inclusos tenet hic anfrion pe
tit a theseo aliam questionem sed ut infernus
teneat culpabiles clausos et vinculatos
et utrum sic vera fama que narrat impios
sustinere supplicia crudelia et perpetua glo
Rapitur rndit theseus quod fama e vera de
grauitate et perpetuitate suppliciorum et refert
hic vii exempla quorum primum e de yxione qui
voluit concumbere cum iunone dampnatus fuit
quod semper volueretur in volubili rota quod ex
ponitur sic qui voluit concubere cum iunone
que e regina deorum sunt illi qui volunt
habere dominia et dignitates ad quas pro
curandas et habitas retinendas volui
tur rota sollicitudinis et pauore glosa
Ceruice saxum hic e secundum exemplum de sisipheo
qui hospites suos precipitauit de turri et
est sibi data pena quod saxum grande sedeat
in sua ceruice **In amnis medio** Tanta glo
lus filium suum pelopem dedit comedere
diis mentitus alias esse carnes propter quod po
situs e in medio fluminis fulgencius li mi
thologiarum dicit sic tantalum ferunt in la
cum inferni depositum cui fallax aqua
gulosa labia gulosa cunctilis actingit
poma quoque desuper pendencia ceruuntur
nec bibunt inter aquas nec poma pendencia
carpit tantalus infelix quem sua no
ta punit Et ideo dicit hic faucibus sitis sed
quia non potuit comedere neque bibere senex
i tantalus sectatur undas et later i ablu
it usque ad i mentum eius et dat sibi fidem
et confidenciam bibendi et semper decipitur
subtrahendo se quando vult bibere et poma alli
ciunt famem et destituunt famelicum et is
tud est tercium exemplum **Prebet volucri**
Ticius voluit concubere cum latona matre glo
dyayne et appollo sentenciauit quod preberet
volucri i vulturi dappes i iecora sua
que quando erat consumpta iterum renascebantur
et iterato vultures comedebant et istud
est quartum exemplum **Vrnasque** hic e quintum glo
exemplum de filiabus danai quas hic appellat
danaydes que patruelis suis pauerunt

mortem et dampnate sūt in inferno q̄ im
pleant aqua dolium sine fundo · et ip̄e cō
tinue portant aquā et nō pnt implere glo
Araut/ hic ē sextuz ex^m filie cadmi · quas
hic appellat cadmeydes interfecerunt
filios · et dampnate sūt q̄ in inferno uet
rabide et furiose Teretq3 mensas/ hic
ē vij · ex^m de fineo qui excecauit filios su
os accusatos a nouerca de strupo · et dy
excecauerūt a'le excecauerit eum · et nolu
erūt q̄ hrēt mensas plenas cibis · et qū
uolebat comedere ueniebat aues arpie
q̄ · heutes unguineos uultus et comede
bant cibos eis · et p'ea fedabant mēsaz
de istis arpis loquit̄ uirgilius vj · eneydos

Ingenium

Quando oportet at
ceteris ingeniis immo
rari et inniti ubi incidenter os
tendit q̄ lectio multoz auctoz et uo
luminuz nō expediat quia hz aliqd'
Ex hijs que michi nuncias et istabile
scribis · et ex hijs que audio bo seū
nam spem concipio de te Non discurris
nec locoz mutacionibus inquietaris egr̄
animi ē ista iactacio p̄mū argume
tuz conposite mentis existimo posse csis
tere · et secū morari Illud aūt uide ne
ista lectio multoz auctoz et omis ge
neris uoluminū hēat aliquid uagū et
instabile Certis ingeniis ī morari in
nutriri oportet se uelis aliquid trahere
qd' anio fideliter sedeat Nusq3 ē ubiq3 ē
Vitam in peregrinacione agentibus hoc e
uenit ut multa hospicia hēant amicicias
nullas Idem accidat necē ē hijs qui t
nulli se ingenio familiariter applicant
s3 oīa cursim et p'perantes transmittunt
Non prodest cibus nec accidit corpi qui
statim sūptus emittitur Nichil enī eque
sanitatem impedit quā medicoz cre
bra mutacio · nō uenit uulnus ad cicat
cem in quo crebro medicamenta teptāt̄
Non conualescat planta que transfertur
Nichil tam utile qd' in transitu psit · Dis
trahit animuz multitudo libroz Itaq3
cū legere nō possis q̄tuz hūeris satis
ē hrē q̄tuz legas Sz mō inquis hunc
libruz euoluere uolo mō illuz fastidiē
tis stomachi ē multa degustare Que
ubi uaria et dūsa sunt coinquinat nō
alunt · Probatos itaq3 semp lege · et si
qū ad alios transire libuerit ad p'ores
redi aliquid cottidie adūsus paupertatē
aliquid adūsus mortez auxilii conpara t
nec minus adūsus ceteras pestes · et cum
multa p'curreris unū excerpe · q̄ ille die
ex quoquas hoc ip̄e quoq3 facio Ex plurī
bus quelegi aliquid apphendo li · i · ep̄ · ij glo
Ex hijs lucillus scripserat senece qd' ip̄e
nō discurrebat s3 in uno loco sine muta
cionis p'manebat firmus · hoc ipm audi

uit seneca ab aliis qd' senece ualde placuit
rescribit eidem q̄ concipit bonā spem de eo · q̄z
nō discurrit nec inquietat se mutacionibus
locoz et dicit q̄ p̄mū argūm et signū mē
tis bene ordinata ē posse consistere in eodē
loco · et nō discurrere p̄ diuersa q̄d' signū
aī · et mentis male ordinate ē iactacio · i ·
discursus p̄ quē homo se iactat p̄ dūsa loca
Illud aūt uide · sicut reprobauit disc' glo
suz multoz locoz ita hic reprbat discursu
et lectionez dūsoz libroz et dūsoz auctoz
d · qd' talis discursus signat animū uagū
et instabilem Et dicit q̄ ille qui uult p'fi
cere in studio et acquirē sciām maio que
fidelr̄ in eo remaneat · o3 q̄ nō sic passim
discurrat · s3 ingenia aliquoz paucoz t
auctoz eligat · q̄ · in eoz libris studendo
et sibi uoce familiarit' applicando · seq' glo
Nusquā est Reuertitur ad illud qd' dixerat
de mutacionibus locoz · et mutantes loca
et ubiq3 discurrent nusq̄ sūt p'manētes
et q̄uis hēant multa hospicia p' multa loca
ad que uadūt · Tamen nullas hent ami
cicias conhere · et dicit p'tinet ad discurrētes
et uagantes · et lectionez multoz q̄z tales
nullius auctoz pnt hrē amiciciaz · nec fa
miliaritatez nec sciām · quia ī nullo cōti
nuant studiū suū · et nullius ingenio et
sciē familiarit' se applicant · s3 omēs aucto
res uolūt legem et cursim et p'perantes
ut per omēs discurrat Non prodest cibus
assimulat studentez uariuz · et discursi glo
uū p̄ multos auctores · et illi qui comedit
cibum et cibum · et mestum statim eicit
Et dicit q̄ sicut ille cibus nō prodest comedē
ti · ita cibus studii · qui statim inter mittit̄
et eicit̄ nō prodest sicut nō psūt infirmo
mutaciones medicinaz · et remedioz que
mutacio impedit sanitatez · ita mutacio
studioz et lectionū impedit sanitatē men
tis uaria studenciuz Non uenit uulnus glo
dicit q̄ uulnera corpis nō curantur · nec
ad cicatricem ueniūt in quibus nō cōtinu
antur · remedia · tūc enī ueniūt ad cicatri
cem qū sūt sanata · et dicit q̄ plancta
nō crescat · quō sepe transfertur · transfer
tur aūt animus studentis in dūsis aucto
ribus de vno auctore maluī · que trāslacio
ibi nō prodest · uz quia nullius cōtinuat reme
diuz cuiuscumq3 auctoz Et iō nullus passio
aī p̄ remedia discontinuata nō sanant'
nec ē aliqd' remediū corpale ul' spūale q̄
psit in transitu · q̄ · qui non cōtinuatur Et
iō non uult q̄ lucillus hēat multos libros · quia
distrahunt aīuz studentis · quia homo nō
sufficit ad legenduz · et cōtinuandū magnā
multitudinez libroz · Ideo uult q̄ hēat libros
q̄tuz sufficiant ad legendū et lectores cōtinuād
Sed mō inquis hunc libruz/ Introducit glo
hic lucillus rūdens senece · et dicit qd'
uult hrē multos libros quia uult legere

aliquō in vno aliqū in alio Fastidientis
stomachi reprehendit visionem lucilli glo
d. q pertinet ad stomachū fastidiosū mul-
tos cibos gustare · qui multi cibi et diuisi
stomachū coinquinat et ledunt · et nō nu
triunt Vult dicē q animus ille fastidiosus
qui vult gustare lectionē multorū ciborū
qui multi et vari auctores nō proficiunt
aīo sed ipm̄ ledunt · et impediunt sequitur glo
Probatos itaque dat sibi regulam studē
di vz q nō nisi in libris auctenticis et approba
tis · et aliquādo nō velit inde de alijs nō mo
retur ibi · sz statim refferat se ad libros priores
et approbatos in quibus continere assumat rem
edia notabilia contra paupertatem passiones
ai et contra paupertatem et contra mortē · et ce
teras pestes animi · et tn̄ multa talia reme
dia inuenimt qualibet die memorie comē
det vnū · et incorporet sibi istud de coquēdo
et digerendo · nam cibus de coctus conuertitur
in illum qui digessit Vult dicē q tale reme
dium firmet fortit in memoria · ita q inde
nō elabatur et dicē q istū modū ipē met sene
ca seruabat Quō quecumque ex diuisa lec
tione congessimus in ingenio nrō sunt or
dinanda et conponenda ubi etiā innuat
ea quibus nrā alitur ingenia declarat
quoque exemplo apū et corpore alimēti
Itinera ista que michi signumque dicit seneca
excitiunt et valitudini mee prodesse in
dico et studijs Quare vallitudinem
adiuuant vides cum pigrum me et negli
gentem corporis litterarum amor faciat ali
ena opera exercero studio quare prosunt
indicabo a lectionibus recessi sunt aut ut
existimas necessaria primo ne sim uno con
tentus · Deinde ut cum quesita cognouero cum
et deinceps iudicem et de inuenendis co
gitem Alit lectio ingenium et studioso
fatigatum Non tamen sine studio ref
ficit Nec scribere nec tm̄ legere debemus
altera res contristabit vires · et exauriet
de stilo loquor · altā soluet et dissoluet
Inuicem hoc et illo comendandum est et
alterū altero tēperandum ut quicquid lectione
collectum ē stilus redigat in corpus apes
ut aiunt debemus imitari que vagantur
et flores ad mel faciendū ydoneos carpunt
Deinde quicquid actulere disponunt et per
fauos dirigunt · et ut virgilius nr̄ ait li
quentia mella stipant · et dulci distendunt
nectare cellas De illis nō satis constat utrum
sucum ex floribus ducunt qui protinus mel
sit an que collegerant in hunc saporem
mixtura quadam et proprietate spiritus sui
mutent Quibusdam enim placet nō fati
endi mellis sciām eē illis · sz colligendi
aiunt in arundinū folijs mel apud indos
inueniri qd aut ros illius celi aut ipsius
arundinis humor dulcis · et pinguior
gignat In nr̄is quoque herbis uim eandem
sz minus manifestam · et nobilem poni quod
prosequatur · et conhat animal huic rei ge
nitum Quidam existimant conditurat
et dispositione in hanc qualitatem uti que
ex tenerrimis virencium florenciumque de
serpserint · nō sine quodam ut ita dicam
fermento quo in vnum diuisa coalescunt
Sz ne ad aliud quā de quo agitur ab
ducar nos quoque has apes debemus
imitari · et quecumque ex diuisa lectione
congessimus separare Melius enim distincta
seruatur · deinde adhibita ingenij nrī cu
ra et facili · et facultatē in unum saporē
varia illa libamenta confundē ut etiā
si apparuerit unde sumptum sit aliud tn̄ eē
quam unde sumptum ē appareat q in corpe
nrō videmus · sine ulla opa nrā facē na
turam alimenta que accepimus quam diu
in sua qualitate perdurant et solita innatant
stomacho innatant stomacho one-
ri sunt aut cum ex eo q erant mutata
sunt · tunc demum in vires et in sanguinem
transeunt Idem in hijs quibus aluntur
ingenia prestemus ut quecumque ausimus nō
paciamur integra eē ne aliena sint sz co
quamus illa alioquin ibunt assenciamus
illis fideli et nrā faciamus et unum quiddam
fiat ex multis sicut vnus numerus fit ex
singulis cum minores summas et dissiden
tes conputacio vna comprehendit hec faciat
animus nr̄ Omnia quibus ē adiutus ab
scondat ipsum tm̄ ostendat qd effecit Etiam
si cuius in te solitudo conprabitur
quam admiracio tibi alicuius fixit similem
te eē volo quō filium nō quō ymaginem
ymago res mortua ē Quid ergo nō in
telligetur cuius imiteris oracionem · cuius
argumentacionem cuius sententias Puto ali
quando ne intelligi quidem posse nō mag
ni viri ingenium Nec enim ex omnibus que
ero vel ex quo velut exemplaria insti
ruxit formam suam impressit ut vnita
tem cum illa petant Non vides quam mul
torum vocibus chorus constet vnus tn̄ ex
omnibus redditur · aliqua illic acuta est
aliqua grauis aliqua media accedunt
viris femine interponuntur tybie singu
lorum illic latent voces omnium apparent
De choro dico quem veteres philosophi nouerant
In comessacionibus nris plus cantorum ē
quam in theatris olim spectatorum fuit cum
omnes vias ordo canencium implevit et t
cauea aeneatoribus cincta ē et ex pulpito
omne tybiarum genus organorum que consonuit
fit concentus ex dissonis li · xiiij · epl · lxxxiiij
Itinera dicit q de ambulacio ista glo
est sibi utilis ad duo · s · ad sanitatem
corporis quia amor litterarum fecerat enim
pigrum · et negligentem corporis que neg
ligenciam et segniciem labor de ambu-
lacionis discutit distituit et ex cludit

et sic corpus confortat' in qua confortacione
dicit se aliena opa exercen' aliena no-
cat quia corpus existimat alienu' a se ergo
dicit q' e' sibi utilis ad studiu' nam tpe
quo istam eplam scpsit seneca parum
legebat s' multum studebat meditando
s' illa que debent studere de ambula-
cio' a talis studio no' impediebat' s' pocius
iuvabat' pp corpus bona' conplectionem
que tu'c acquirebat' et quisita confortabat'
Necessarie / Seneca cessaverat leg' glo
ere libros alior' et vacabat libris scri
bendis dicit tn' q' lectiones sunt necessa
rie scribentibus p'mo quia ille qui scribit
librum nisi alior' dicta alleget erit ipe
solus testis et auctor sue sente' et hoc e'
inconveniens 2° quia lectio recreat et
reficit fatigatum studio scribendi et dic-
tandi q'nius et ipa' lectio studiu' sit 3° p
invenciones alior' auctor' homo pot
iudicare de inventis a se et pot dilige'-
cius investigare de inveniendis et dat
regulam illis qui scribunt libros et conpont'
eos q' aliqu' legunt dca' alior' et aliquo'
scribant et conponat in vencione suas et
sic alternet et dicit q' dictare et scribe'
fatigat vires s' lege' fatigacione' tale'
excludet et io' bonu' e' sicut al's sit alt'-
nare et illa que in alijs auctoribus leg'
redigere ad materiam suam et incorpe
li' suo et q' ita debeat fieri pbat p similitu
dinem in apibus qui hinc inde colligunt
flores ydoneos quos digestos incorpo
rant in alvearijs sive eod' in ponent
libros dicta alior' debent diligere et i'
suo ope incorporare Virgilius n' glo
ad probacionem dicti sui de apibus int'
ducit dcu' virgilij in 1° georgicor' qd' li-
quida melle que de floribus decerpunt
extendunt p'ea p cellas suas dicit tn'
ee' dubium utrum apes colligunt mel
ex mixtura flor' conmixtor' al's comes
tor' ex natura digerentis apis et int'
ducit actores utriusq3 opionis et rones eor'
Sed ne ad aliud / referre opiones q' glo
scriptas fuit dimitere a pposito et io' ad pp
situ' revertitur de mutacione apium et
vult q' sic pcedamus in posicione libro
r' q' quicquid ad ppositum nrm' invenim
mus in dictis alior' debemus separe Vult
dice' q' distincte et no' confuse debemus i'
memoria suare qd' distincta ibi melius
suantur q' confusa ut pz p tulium in rethi'co
ubi tradit artem memorandi distincte
et separate tu'c adhibeamus facultate' in
genij nri' et revertam' ad saporem nri'
ppoiti conficientes in unu' illa multa sic
et tali' q' no' appareant q' sint dca' alior'
nec appareant Vnde sint sumpta et si no'
possimus celare hoc quin appareant vn'
sumpta sint in eo casu faciamus q' appare
ant alia et exnea q' no' sunt sumpta Et dic'
q' na' hoc idem facit quia alia divisa p
condicionu' transmutat in na'm et in vires
et in sanguinem comedentis et aut' q' sic
transmutetur sunt stomacho a dona na'm
multitudo cibor' gravat stomachu' Vult
ergo seneca q' in posicione libror' sequam'
naturam concoquendo et digerendo et mul
ta q' ibidem colligimus in unu' ppoitum r'
convertendo et no' paciam' illa esse integ'
sicut natura no' patit' cibos ee' integros
s' transmutat eos et in unu' naturam com
edentis in integra et in mutata ponit
in libris suis appet q' ht' memoriam et cu'
ret in genio Nam si ingenium hre't illa mul'
ta transmutaret et concoqret ad una' na
turam sui ppositi redigeretur sequi' glo
Assenciamus illis / Vult dice' q' videt' con
sentire cu' alijs auctoribus dicta cor' faciat
nra' multa conficit in unu' sicut dcu' e' Et
dicit q' idem fit in nu'mis quia multe sume
pne hinc inde p libros dispse p bonu' a crisme
ticu' ad unam summam conputacionis redigu'-
tur et ita vult q' animus conponens libr'
pcedat multa in unu' redigendo sequi' glo
Omia' quibus / tradit magis pticulariter
regulam pcedendi in libris conficiendis
vz quia alior' dicta quibus ho' iuvat' abs
condit s' talit' q' no' pateat cuius auctor
dca' sunt et illud qd' de pprio ponit appeat et
sic manifestum Etiam si alienus Vul' glo
dice' q' si litim' simam appeat in suo libro de
dictis alior' que dca' causant admiracio
nem in legentibus nichilominus ds' quitum pt
alior' dicta abscondere quia sic absconde'
do appebit alijs q' iste novus actor sit filius
illis sicut filius pri' filius enim e' res nova
al'iuna et gerit similitudinem pris sui Ita
iste novus auctor p' q' dicta alior' trans
mutavit appet filius illis sicut imitator
vl' sicut discipulus Si aut' no' transmuta-
ret s' uba illa in suo li' sicut iacent pponet
tu'c appet res mortua sicut ymago et sic
liber suus eet ymago mortua conpando
